



E Genolphus natus est ex illustri familia domi-
 norum Rupeſpoletanorū (quos hodie Rap-
 polſteinios uocant) patre Huldrīco egregio He-
 roe, & matre Anna Alexandria comitiſſa Fürſten-
 bergica, 27 Auguſti, anno ſalutis milleſimo quin-
 genteſimo uiceſimoſeptimo. Hunc parentes à te-
 neris annis bonis literis & omnis generis uirtuti-
 bus educandum curarunt. Cum autem pater an-
 no ætatis eius quarto fato fungeretur, Vuilhelmus
 auus nepotis curam ſuſcepit, & ut optimè educa-
 retur, proſpexit. Poſtea quoq; cum adoleuiſſet, a-
 uitis ditionibus præfecit, & ut cunctis gratiſſimus
 eſſet inſtituit. Cum itaq; ætatis anno uiceſimo a-

uus multorum luctu deceſſiſſet, Egenolphus magno animo auitas uirtutes i-
 mitatus, ſuam prouinciā magna laude gubernauit, & multis corporis & a-
 nimi uirtutibus conſpicuus fuit. In primis uerò Euangelij doctrinam a-
 mauit, & nullius inſidias ueritus, eam conſeſſus eſt. Literarum quoque pa-
 tronus exiſtens, proprijs ſumptibus multos pauperes in Academijs aluit, ut
 inſtructiores poſtea ad Eccleſiæ miniſteria peruenire poſſent. Quin etiam
 mea ſtudia egregiè iuuuit, & aliquoties, ut meis lucubrationibus perge-
 rem, incitauit.